

**Dissertatio inauguralis de circulatione lymphae, et catarrhis ... / praeside Augustino Henrico Faschio ... pro licentia ... solemni eruditorum examini exponit Joh. Godfridus Berger ... ad diem 29. Martii A. O. R. M DC LXXXII.**

### **Contributors**

Fasch, Augustin Heinrich, 1639-1690.  
Berger, Johann Gottfried von, 1659-1736.  
Universität Jena.

### **Publication/Creation**

Jenae : Literis Nisianis, [1682]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/p8bneqfu>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



DISSERTATIO INAUGURALIS

24

De,

# CIRCULATIONE LYMPHÆ,

ET

## CATARRHIS,

Quam

AUSPICIIS DIVINIS

ET INDULTU

GRATIOSISSIMI MEDICORUM ORDINIS

P R Æ S I D E

DN. AUGUSTINO HENRICO  
FASCHIO,

Med. Doct. Anatomiae, Chirurgiae & Bota-  
nices P. P. Archiatro Ducali Saxonico, & Facultatis

Med. h. t. DECANO,

*Dn. Patrono, Praeceptore & Avunculo suo filiali cultu æternum sanctè colendo,*

P R O L I C E N T I A

SUMMOS IN ARTE MEDICA HONORES ET PRIVILEGIA DO-  
CTORALIA LEGITIME CAPESSENDI

SOLEMNI ERUDITORUM EXAMINI

EXPONIT

JOH. GODFRIDUS BERGER,

Saxo-Hallensis,

IN AUDITORIO MAJORE

horis ante & post meridiem consuetis

ad diem 29. MARTI A. O. R. M DC LXXXII.

---

J E N Æ.

Literis, NISIANIS.



DISSERTATIO IN VAGUE

CIRCULATONE

LYMPHE

CATARRHIS

AUSPICIS DIVINIS

ET INDEBITIS

GRATIOSISSIMI MEDICORUM ORDINIS

PRESIDENTIS

DR. AUGUSTINO HENRICO

FASCHIO

Med. Doct. Anatomiae, Chirurgiae & Botanicae

Prof. P. Archidiaconi Ducali Saxonico, & Facultatis

Med. h. c. DECANO

Dr. Patrono, Praeceptor & Amico suo filiali cultu reverentia affectu colenda

PROFICITIA

SHIMOS IN ARTE MEDICA HONORES ET PRIVILEGIA DO

CTORALIA LEGITIME CAPESSENDI

SOLEMNIS EXAMINATIONIS EXAMINATA

EXPOUIT

JOH. GODEFRIDUS BERGER

Saxo-Halleensis

IN AUDITORIUM MAJOREM

horis ante & post meridiem constitutis

addictis ad. MARTI A. O. R. M DC LXXII

VENA

Ludwig NESTLÉ



magni nominis Medici *laudanum*, ex opio cum spiritu Oli  
 fixato ac deinde calcinato, paratum, quod sub *Œis anodynæ* ve-  
 lo, ubi intra limites continendi ~us, miracula sæpè præstitit.  
 Horum autem nunquam non conjunctio sit cum *cephalicis, succi-*  
*natis & Œis*, vi ~tus animales & lympham serenandi illustri-  
 bus, quorum prudenti confœderatione immanes nocturnos ca-  
 tarrhorum insultus non præcautos tantum, sed & penitus era-  
 dicatos esse, ex felicissimâ Excellentissimi *Præsidis* praxi scio.  
 E minerâ *Œis* artificiosè præparatâ elegans ~tur *Œis*, Cribus  
 ditata radiis, scopo nostro apprimè utilis. Uti enim aliàs  
 ~ius radiantissimum metallum est, luminis adinstar irradians  
 ~tus, ita alterius planetæ, cujus sodalitium ex ~tuali magne-  
 tismo unicè amat, radiis pollentior factus, Archeum nostrum  
 in scopos desideratissimos placidissimè deducere, ipsiq; lymphæ  
 salutarem affricare virtutem potens est. Cetera ex hoc  
 & reliquis fontibus apud praticos ad satietatem sunt  
 definita, quapropter hîc abrumpo, grates  
 religiosas nuncupans

TRIUNI DEO  
 cui sit  
 LAUS ET GLORIA!

hæc Nobilissimo acque Clarissimo Domino Do-  
 ctissimo, Reverendi acque Illustris Honorarij  
 Summo de Summis in Medicinis honoribus pro-  
 fectum capessenti gratulari voluit, de-  
 dicit.  
 J. Adrianus Strevogianus D.



**U**Nda undam pellit, quò machina pèrpete  
motu  
porisque & vasis intemerata fiet.  
Pellere si cesset, vel pulsa errore quiescat,  
mox labem haut unam desidiofa ciet.  
Tu laxare vias, fluxus componere motos  
& vegetare sciens laude decente micas.

CL. BERGERO,

*De ingenii raris dotibus, & solidâ in arte medica  
quoad Theoriam & praxin eruditione gratu-  
lor, & faustissimos successus precor*

Georg. Wolffg. Wedelius.

---

**N**Escit in occulto Bergi doctrina latere,  
Quam Lympha circulata prodit opti-  
me.

Ergo nec illius claudetur fama Lyceo,  
Orbemque terræ lata pervagabitur.

*Hiscæ Nobilissimo atque Clarissimo Domino Do-  
torando, Fautori atque Amico honoratissi-  
mo de summis in Medicina honoribus pro-  
pediem capeffendis gratulari voluit, de-  
buit.*

J. Adrianus Slevogtius. D.





# LECTURO FELICITATEM

AUTOR.

**R**alatitium est Sagacissimi *per ignem Philo-*  
*sophi* effatum: non hauriendas è gremio  
Elementorum, nec ad placitum ortarum,  
inde qualitatum dimetiendas Naturæ o-  
perationes. Nec suâ destitutum ratio-  
ne; Quantam enim fictus iste quaternio  
cum satellitibus qualitatibus Arti Apollinæ attulerit ste-  
rilitatem, ipsa hætenus affatim elocuta est Natura rerum,  
ubique quadrigæ isti peripateticæ repugnans. Ex quo  
est, quod à prisco *Coiæ*vo nihil progressa Medicina per gy-  
rum rediit, & *Pergamæni* locupletata præstigiis, circum-  
acta; rotante eodem cum posteris, in circulum, tenebrico-  
sam tandem concepit vertiginem in cerebris medentium,  
unde foecunda facultatum, qualitatum, complexionum, a-  
liorumque ignaviæ diverticulorum seges; Quasi verò in  
augusto naturæ imperio commenta hæc unum illud cen-  
trum sint, ad cuius circulum omnes omnium creatura-  
rum proprietates circumvolverentur. Quibus quidem  
uberius delineandis in præsentī non sedet operari, paucis  
sufficiat attigisse hujus ætatis sagacitatem, quæ anteceden-  
tium seculorum supergressa felicitatem Naturæ introiit



Sacraria, & spretis Antiquitatis venerationibus altius se  
 immerfit abditis. Exiit hætenus intellectum nostrum  
 præteritarum Ætatum inscitiae caligine Anatome, utpote  
 quæ detexit Humani corporis mirandam fabricam, reve-  
 lavit imis abscondita visceribus secreta. Cui juncta Che-  
 mia in densis ignorantiae Medicæ tenebris lucidissimam  
 accendit facem, ut felicissimis auspiciis oculatis eruantur  
 manibus, quæ à Naturâ eâ lege, ne investigarentur, oc-  
 culta, Ætas pristina adulto ac solenni errore crediderat.  
 Videlicet ut verbis utar Insignis philosophi *Hamelii*, præ-  
 lucent Sensus & Experimenta Rationi, ne, quod olim con-  
 sueverat fieri, mens visvè imaginatrix res fingat potius,  
 quam contempletur, ut sunt fabricatæ à Natura. His in-  
 nixa fulcris in immensum crevit Medicina, ut adulta jure  
 suo audiat. Nolo hîc in venerandæ Antiquitatis odium  
 singula per partes repetere, vel sexaginta observationibus  
 tædioso sermone immorari, introducturus Censentem  
 Illustris Nominis *Bartbolinum*, qui vix ait, *umbram serva-*  
*mus ex Antiquis, quos non tam sequimur, quod Naturæ insti-*  
*tuta, aut Æternæ adiuvenerint placita, quàm quia etate præ-*  
*cesserunt. Multum egerunt illi; sed tantum abest, ut perege-*  
*rint, ut ignorarint potius infinita, cùm maxima pars illorum,*  
*quæ sciverunt, minima illorum pars sit, quæ sequentium tem-*  
*porum docuit industria.* Hætenus insignis judicii vir. Non  
 ægrè ferant Antiquitatis Studiosi, quòd placita Ejusdem  
 hîc deferam, & Naturæ pariter ac Artis fultus experimen-  
 tis spretas olim *Glandulas* nunc benignissimi *universi*  
*corporis nutrimenti officinas* appellê: *Emulgeant* isti ex spon-  
 giosis glandulis humiditates superfluas, aut vasa fulciant,  
 ne rumpantur; *nos* limpidissimæ Lymphæ fontes scru-  
 tabimur. Cujus motum circularem & descendentes inde



Catarrhos tumultuaria methodo disposita Inaugurali hæce sisto. Veniam autem mihi ab illis præsertim dari volo, quæis non accessi vel contradixi. Est enim hæc Libertas Academica, ut possis dicere in Naturæ præsertim genere, quæ sentias, modò cum Ratione dicas, cui quidem rei ut asuescerem, ab ineunte dare didici operam. Neque quam in aliorum sententiis dijudicandis mihi sumsi libertatem, aliis invideo, imò potius commendo. Non illi promptius me monebunt errantem, quàm ego lubens sequar, sicuti Ætas creverit DEO dante solidiores aliquando fructus daturus. Esto proinde favente in cælis Numine

## CAPUT I.

exhibens

# *Circularis lymphæ motus Theoriam.*

### §. I.

Integritatem humani corporis ingeniosissimæ Machinæ in motu consistere, neminem reor inficias iturum. Est enim ista, sicut reliquorum animantium, reverà automatica, cujus suprema rota est impetum illud faciens Hippocratis, quod alias in corpore rotas quàm mirificè circumagit, hicque primus Archealis motus est, reliquorum in corpore princeps. Deflecto ab hoc ad liquidi motum, & seposito tantisper sanguinis intestino sive fermentali, à contrariarum particularum, acidi cum primis & ossi, ex favore influi spiritus excitatarum conflictu oriundo, alterum localem seu progressivum perpendo, quo secundum hydraulicas leges movetur machina. In hoc antliæ vicem gerit musciosa cordis substantia, turbinis adinstar contorta, quæ ceterorum muscutorum ritu per flammeos & lucidos spiritus fibras ejus



replentes contracta, propellit ex sinu sinistro sanguinis rivulos per arterias quaquaversum ad microcosmi tractus omnes in vitæ & fomenti solatium, iterumque dextro haurit præstito hoc officio ad confluxum circa cor velut oceanum reversos per venas: qui motus cum ab uno puncto ad idem redeat, *circularis* audit.

§. II.

Lympha dum plaustro spirituum ex glandulis nutritiis per lymphaticos ductus amandatur ad cor & partes corporis omnes, ac ex his ad easdem per arterias & nominatos ductus redit, haud planè absimili gaudet periodo: cujus indaginem juvabit Lymphæ theoria, cum ex nominibus rerum ideæ germinent. Non possum autem non, quin primo statim limine refrager solenni licet Lymphæ cum sero sic dicto sanguinis confusione, quæ enim in synonyma abiisse, quem latet? Seri nomen antiquitati ortum debet per lactis deceptæ similitudinem, quam ideò jure derisisset *Helmont. Tr. Lat. humor. neglect.* si laticis sui natales ipse non ignorasset: nec audienda *Francisci de le Boe Sylvii* &, qui castra ejus sequuntur, *modernorum* sententia, quibus liquor ex *serosiore sanguinis parte* in glandulis à reliquâ massâ segregatâ & animali spiritu ad easdem delato simul mistis elaboratus audit. Non equidem dubiam reddam spirituositatem Lymphæ, ab impressione vitalis auræ, cui jugiter adhæret, oriundam; ipsorum verò spirituum animalium in aquam, ceu putant, densatorum commissionem, haud facile admittet, quisquis istorum naturam penitus rimabitur; qui enim è compage medullari in nervos emanantes & veluti radii ab ipso diffusi lumine totius systematis nervosi partes irradiantes ac citissime irajicientes concentrari in liquorem renuunt. Sanguinis autem serum tantùm abest, ut Lympham constituat, ut ipsum potius sit productum ejus s. emerita Lympha, quæ nutritivo orbata balsamo & actionum reliquarum adepta scopos in liquorem hunc fatiscit, non tam sanguinis, quam Lymphæ serum vocandum, eluendis partium culinis, evehendisque collectis inde & ex fermentante massâ præcipitatis salibus dicatum. Id quod familiarè hoc experimento constat: Exhalatâ aut quovis modo ab-

tractâ



tractâ aqueâ Lymphæ parte illicò tota concrefcit in gelatinam albam, albumini ovorum analogam : quod neutiquam fperandum de fero incoagulabili & falium tantum fufceptivo. Queis perfuafus defcribo Lympham per Liquorem limpidum dulcem & balsamicum ex chylo à fermentante fanguine depurato & Archeali glandularum nutritiarum digeftione edulcato elaboratum in univerfi corporis nutrimentum.

§. III.

Chylus ergo crudior Lympha eft, quem ex partibus balsamicis oſis mixtis cum  $\nabla$  eis conſtare ſuſpicor, cum microſcopii beneficio innumeras bullulas oſas diſcontinuas diſperſasque in  $\nabla$  a oſtendat, non refragante ratione. Evibratus enim ſpiritus ſanguinis in contenta per villoſum ventriculi inteſtinorumque periſtroma, arteriarum potiffimum exhibens congeriem, extrahit ex iisdem menſtruorum vitalium ope reſolutis partes ſubſtantificas oſas commixtas cum  $\nabla$  eis, eâdemque operâ vaporum ſpecie movet ad glandulas inteſtinales, à quibus denuò collectæ in vafis lacteis albâ apparent veſte, ſub chyli nomine. Idque, quod hîc almæ matris naturæ operâ fit, felix ejus imitatrix ars raturum facit, quando oſa aut refinâs confuſas cum  $\nabla$  is & conquaſſatas lacteum inferre colorem, chyli æmulum oſtendit.

§. IV.

Collectus h.m. in lacteis chylus ad comûne defertur receptaculum & per continuatum hujus ductum unâ cum Lympha ſanguini infunditur. Qui ut aptus fiat reſarciendis œconomîæ defectibus, heterogenea exuat, neceſſe eſt & aſſumtorû, quem ſecum vehit, characterê: econtrariò autê jura aſſumat comûnionis vitalis & civitatis donetur privilegiis. Id verò fermentis ſanguinis & glandularum ſuprà adſcripſi. Eſt enim hæc ſuprema poteſtas Archei, qui vitæ præeſt gubernaculis, ut fermentorum ope finibus ſuis clientes coaptet qualitates, quæ ſi rebelles reluſtantur iisdem, in varias perturbationû procellas agitant vitæ præſidem, unde enormis actionum contingit læſio: Experitur igitur chylus novam fermentorum vim in ſanguine, ut conceptâ tandem in glandulis maturitate Lympha fiat. Operæ foret pretium, indagare fermentantis



sanguinis, in quo reconditum est totius vitæ & sanitatis fundamentum, causas; sed elanguet ferè cogitanti de his animus cum calamo, tricus utpote haud levibus involutis; Spero tamen, excusatum me daturam rei sublimitatem, si liberius forsitan aut minus apposite exposuero, quicquid habeo conjecturatum. Quid? quod materiam disceptandi suggessisse sat est.

§. V.

Fermentationem voco particularum minimarum in fluidis corporibus ex favore influi & insiti spiritus oriundum intestinum & collisivum motum, in finem transmutationum, pro impetu influi & idea insiti spiritus differentium. Hæcque per universi hujus systema latissimè se diffundit, totius naturæ explens negotium. Est enim universalis elastici spiritus in  $\Theta$ e  $\Delta$ eo, ab universali enato fermentatione, concreti perpetuum in his inferioribus cum mixtorum insitis spiritibus commercium ac mutuos commeatus, quo excitati hi seminalium potentiarum reconditos recludunt thesauros & motum  $\Theta$ nis ac reliquis corporeis atomis, quibus congeniti sunt, largiuntur in corporum vicissitudines. Ab isto hermetico  $\Theta$ e vernalis vigor est, quo dives tum temporis existit  $\Delta$  præ aliis anni ætatibus: id quod præter vegetabilium germinationes, regenerata ex  $\Delta$ e vernali  $\Theta$ ia in cadaveribus v. g.  $\Theta$ i,  $\Theta$ li,  $\Theta$ nis &c. nondum omni magnete exhaustis, evidentissimè demonstrant, alia ut taceam. Hoc igitur naturæ  $\Theta$ , uti ceteris inservit fermentationibus, sine cujus enim perpetuâ accessione atque affluxu mox motus omnis fermentativus in rebus cunctis expirat; ita sanguinis etiam fermentationis ac volatilisationis primarius autor est. Quo enim admissò per spumosum pulmonum viscus in oleosi sanguinis (cui spiritus luminosus vitalis insitus est) penetralia, expansionis suæ mensurâ hic denuò avidissimè apprehendit & elasticus s. influus fir, eâdemq; operâ reliquas in motum ciet sanguinis massam componentes particulas, ex quo intestino & contrario particularum contritu nō tota tantum sanguinis massa rarefiat &  $\Delta$ s scintillet seu in Gas flammeum evehatur sanguis, cum spiritibus nervorum & partium, insitis lumē vitale constituens, sed & heterogeneorum quorumvis sanguini, lymphæ, chyloq; commistorum præcipitationes & exclusiones fiant, necesse est.



Θia fermentantis massæ reactiva sunt *acidum & oleosum*, hypostatica cujusvis Θis principia: Utriusque magneticus motus est & summa propensio sese invicem ligandi & in neutrum Θ fixandi, quod nō fit sine collisivo motu. Illud suppeditat *Lien*; hoc si verum autumo in re abstrusâ, *capsula atrabilaria*. Lienis acor antiquitati innotuit sub nomine melancholiæ, erranti tamen, quod pro excrementitio habuit, quem ceu utilissimum cum sanguine arterioso confundi constat. Ejusdem acoris hujus ævi assertores sunt *Helmontius, Walaeus, Willisius, Bartholinus* aliique sensus convicti testimonio, quos inter acidi Lienosi energiam in sanguine cavam, cor & pulmones subeunte pro celebranda sanguinis fermentatione adhuc conservari, autor est solertissimus *Malpighius de Liene*. Capsularum atrabilariarum ὀσῶsum humorem suspicor cum insigni *Kerckringio in proœm. Spicileg. Anatom.* (cujus sententia non absurda videtur *Excell. Ammanno in Parænesi ad discipul. p. 112.*) ex egredientis ex his sanguinis notabili alteratione, alia ut jam præteream. Uterque immediatè communicatur sanguini, quocum quivis pro suâ confligit indole: Acidus cum arterioso, ne nimis rarefiat, per cœliacæ ramum spleni advecto; ὀσῶsus, elasticus cum venoso, ut rarefiat & ne nimis crassescat. Utriusque autem in hepate concursus non potest non esse collisivus, qui enim adversariâ particularum turmâ instructi dimicant inter se, motu primum leni ob aliarum intertextum particularum, mox fortiori in pulmonibus. Ab alluente enim Δeo Θe agitati & dissoluti, acquisitâ sic summâ activitatis sphaerâ, intensiorem ineunt pugnam, pugilum adinstar contrariâ digladiantium acie, unde vitalis fermentatio, venosi cruoris in floridissimum & sumè volatilem sanguinem mutatio, fermentorum quorumvis peculiarium sub Θium diversâ formâ militantium reparatio, heterogeneorum præcipitatio aliq; emanant effectus. Hâc autem discordiâ, agitante cum primis totam intus molem u, per universos arteriarum tubos rebellant inter se ac pugnant, donec post saturiorem refectionem orbi motore ac humidis interspersis partibus reduces per venas arctius se mutuo implicantes, adhæreant sibi invicem, & in glandulosis hepa-



hepatis acinis secreti infiti fermenti ope ad  $\Delta$ eam redigantur naturam, ad folliculum & intestina bilis titulo amandandi : id quod  $\Delta$ ea bilis compages testatur, quæ evaporatâ  $\nabla$ â exsiccator accensa, ut candela ardet, ortum suum aliorum  $\Delta$ rum more, ex acido &  $\circ$ so invicem confermentatis manifestò arguens.

§. VII.

Hujus igitur Duumviratus harmoniâ uti, ceteris paribus, legitimè procedit fermentatio, ita unâ eâdemque operâ volatilisationes,  $\Theta$ ificationes, præcipitationes fieri, ex suprâ dictis claret : quæ quantam depurationi chyli & futuræ in Lympham purissimam conversioni operam locent, quis non videt ? Enati enim inde volatiles sanguinis  $\omega$ us digerendorum petunt latifundia, & agitando perpetuo intestino isto motu conquassandoq; chyli minima, utilia separant ab inutilibus, quæ  $\omega$ tata & sero ceu tabellario impuritatum, absorpta per suæ naturæ congrua secernuntur emunctoria. Ipsa autem chyli pars optima, post multiplicem hanc re fermentationem in subtilissimos resoluta halitus per arterias aut immediatè nutritias appellit glandulas aut ab universi corporis glanduloso contextu prius collecta & in liquorem diaphanum concentrata per lymphatica vasa ad easdem deducitur, digerenda in Lympham dulcissimam (sensu sc. medico) verum naturæ & corporis nutriens vegetansque balsamum.

§. IIX.

Alia enim planè scena nunc luditur inter Apollineos mystas de Glandularum usu & naturâ, quas non imbibendæ spongiarum instar humiditatis cœnosæ, aut substrati pulvinaris in morem fulciendorum vasorum causâ, sed in nobiliores longè usus fabricâsse naturam, oculatior edocuit Anatome. Non operosâ eget, refutatione veterum iste error, cum vel ex solis lymphaticis ac grandioribus tenellorum glandulis, abunde clareat : quæ si perspecta fuissent Helmontio, non tam sudoris, quàm nobilioris profapiæ laticem ex iis haud dubiè derivasset. Detectis namque ab *Incomparabili Bartholino* novis earum ductibus, à splendente humore lymphaticorum eleganti insignitis titulo, mox removeri cœpit velum, quo tot per secula obducta latuit earundem



dem cognitio, & æstimari vilis antè habita dignitas. Hinc enim ulteriori Naturæ Curiosorum indagine sagacius rimatæ ex substantiæ modo aptissimè in duas divisæ sunt classes. Est equidem glandularum in genere omnium compages non nisi vasculorum minimorum, seu capillarium meatuum canalibus majoribus continuatorum in membranulis suis congeries, prout ex pancreatis & testiculorum virilium in unum quendam canaliculum evolutione liquet, quâ de vid. *act. anglic. p. 869.* has tamen diversa distinguit coagmentatio. Sunt enim *quædam* ex pluribus minoribus glomis ope fibrarum, nervorum, vasorum & membranarum cum aliquali superficiè suæ inæqualitate inter se connexis *conglomeratæ*; *aliæ* verò ex unâ quasi continuatâ æqualis superficiè substantiâ pro egressu lymphaticorum rimam habente conflatæ & *conglobatæ*, ceu egregiè confirmat ex perimentum *Graafii de succ. pancr. p. 19.* quò immittit per arterias syringæ ope liquore conglomeratæ à se invicem observantur recedere, non item conglobatæ. vid. *Sylv. disp. med. V. Wharton adenogr. Stenon. obs. anat. de gland. or. p. 7.* it de *musc. & gland.* Ab utrisque valdè diversâ gaudent structurâ *Renales*, idèò tertium glandularum genus constituentes laudato, *CL. Sylv. l.c.* In his, quod obiter moneo, singularis & sat notabilis observatur pelvis, quæ ubi in venam sibi proximam, ab ipso cavæ trunco dextro in latere ferè semper oriundam dehiscit, valvulâ munita est, venam versus apertâ, retrorsum clausâ, teste *Whartono in adenograph. p. 83.* unde immediata capsularum cum sanguine venoso communicatio clarè elucescit. Id quod datam §. 16 conjecturam firmare videtur: cui etiam illud *Sylvii* favet, quâdo liquorem in glandulis renalibus ex sanguine & animali ut paratum sanguini à renibus post lotii serosi separationem redeunti & minus fluido à coagulatione & coitu servando inservire curiosè suspicatur *l.c.*

§. IX. Glandularum ministerio uti Naturam secretionis molituram, ex structurâ earum alios inter verissimè prodidit *Glissonius Anat. hep. p. 528.* Adeat ambigens officinas corporis secretrices omnes, & glandulosas deprehendet singulas. Non comme-



morabò urinæ & sudoris per renes & glandulosam cutim secretionem, aut mucî nasalîs & pituitæ intestinalis, quæ cadavera sunt lymphæ viscidæ factæ, ex glandulis suis proventum. Chylum per intestinorum miliares secerni supra innui, & ex lymphâ progeniti cuncti, nobilissimæ etiam fortis, liquores quem latere amplius queunt? Sic seminis, lactis, lachrymarum, humoris pericardio inclusi natales, cui ignoti? Humores sic dictos fermentales, stomachicum, salivalem, pancreaticum, biliosum ex glandulis scaturire, proletrarium est vulgare: nec obscurum autumo si ex capsulis atrabilaris & acidî lienosî ex glandulis hujus sacculis sive ovalibus, ut *Malpighio* audiunt, corporibus ortum, ut adeò separationis opus glandularum perpetuò naturam subsequens vel ex his evidentissimè pateat. Cum verò hæc secretio diversimodè se habeat, pro glandularum secernentium diversis specificis impressionibus, dum in nonnullis ad excretionem, in aliis verò ad reductionem tendit; hinc ad ceterarum differentiam præeunte *c. l. Glissonio* nutritias vocare libuit, quæ alibilis lymphæ præparationi ministrant, quas inter cerebrum, thymus & conglobatæ omnes cum primis eminent.

*§. X.* Cerebrum glandularum maxima jam olim audiit *Divino Seni libr. de gland.* & se vel sponte ex communi cum aliis glandulis structurâ earundem annumerat familiæ. Est enim tota ejus medulla non nisi congeries fibrillarum seu vasculorum, quæ à caudice spinalis medullæ hinc inde tortuosè veluti reflexa folia circumducta cavitates & anfractus efformant, & tandem in propriis glandulis cerebri & cerebelli corticem constituentibus, altis implantantur radicibus, quod *contra Whartonum* egregiè demonstrat oculatissimus *Malpighius* de cerebri cortice, ubi multa longè elegantissima occurrunt, heic ideò conticenda. Glandularum autem nutritiarum titulo insignivi cerebrum, thymum & conglobatas omnes, non ut *Entii, Glissonii, Whartoni, Charletonis, Consentini* & reliquorum affectarum causam agerem, quorum enim nutritius nervorum succus ex ventriculo, liene, glandulis mesenterii, lumbaribus aliisque (non enim ratione officinæ inter se conveniunt omnes) ad cerebrum per nervos



deferendus & exinde ad totum corporis habitum deplutis satis  
explosus est à celeberrimis *Bartholino in spicil. 1. de vas. lymph.*  
*c. 3. Betto de natura & ortu sanguin. sect. 8. Graafio de succ.*  
*pancr. p. 527. Bobnio in Disp. phys. 12. §. 13.* sed ut genuinum peri-  
dromæ lymphæ principium eruerem.

§. XI.

Sunt enim prædictæ glandulæ reverà fontes & officinæ lym-  
phæ, ex quibus ubertim ista scaturiens per vasa lymphatica se-  
diffundit in sangvinem, cor & universum corpus, ex quo reflua-  
ad easdem redit novo imprægnanda vigore. Ut ut enim virtu-  
te fermentorum, intestinalium sc. & sangvinis, separatoriâ à cras-  
soribus secretus sit chylus, nondum tamen nutrimenti obire vi-  
cem potest, quum assumptorum sæpè naturam adhuc redoleat,  
sed saturiore in glandulis nutritiis digestionem & circulationem in  
lympham dulcem, indeterminatam & naturæ alendarum parti-  
um consentaneam immutetur, necesse est. Dulce namque, au-  
tore *Coo. τὰ γλυκέα καὶ τὰ πίονα, καὶ τὰ λιπαρὰ πλερωτικά ἐστίν,*  
inquiens *l. 2. de vict. rat. sect. 4. γλιχρὸν* ac balsamicum desi-  
deratur alimentum, ne aculeis suis depascatur carnes, earum dif-  
fluxus potius quàm confluxus, atrophie quàm nutritionis cau-  
sa; quod ipsum exauclorato in alendi negotio sanguine, in nervo-  
si laticis patrocinium seduxisse Anglorum complures, ex scriptis  
ipforum liquet. Vid. *Ent. pro circul. sanguin. digress. 3. Glisson. anat.*  
*hepat. c. 45.*

§. XII.

Glandularum nutritiarum nativa dulcedo penes homines  
& quadrupedantia animantia gustus comperitur testimonio, ut  
hinc ex substantiâ glandularum dulci, svari & delicata familiari-  
tatem cum succo nutritio non malè collegerint *Glissonius c. 1. &*  
*Warton. in adenograph. p. 174.* In quonam autem edulcandi  
ista vis consistat, licet determinationis sit difficillimæ, nullus ta-  
men erubui, Archeali glandularum nutritiarum digestionem ean-  
dem adscribere, quo enim non aptius edulcandis humoribus ex-  
cogitari potest principium. Idque non repugnat iis, qui ferment-  
orum intra glandulas activitatem venerantur, omne membrum  
juxta insiti virtutem fermenti vegetari, nec ergò sperari trans-



mutationem ad novam generationem, nisi mediante fermento, benè ab *Helmontio* edocti: Nihil enim aliud ista sunt, quàm congeniti quibusvis partibus spiritus, penitioribus humidi earum, primigenii penetralibus intimius immerfi, quorum recondita seminales potētia, uti non nisi obstetricante arterioso spiritu recludi & ab animali in actum transferri gaudent; ita perenni isto spirituum in glandulis nutritiis collisu (quem *Archealem* dixi) chylus magis digestus & seminali glandularum dulcedine, ex infuso earum excitato spiritu transumtâ, tinctus, saporem acquirit mitem, dulcem, omnibus corporis partibus perquam naturaliter consentaneum & gratum. Ac ideò tot canaliculorum gyris constant glandulae, ut circulati per eosdem lymphæ & chylus penitissimam cum spiritibus, glandularum penetralia subeuntibus, miscelam ineant, eorum impressiones assumant, ac veluti solarium radiorum motu uvæ succi cruditate austeræ maturantur, dulces fiant & maturi. Videtur etiam ad fibrositatem, hinc consistentiam magis suam in glandulis nutritiis accedere lymphæ: ex rupto quippe chyli receptaculo vitro excepta fibrosior apparet & facilius, imò tota ferè sine ullâ etiam evaporatione in splendidam concrevit gelatinam multis minimis conspicuam fibris, quàm ex artuum aut aliarum partium ductibus ad conglobatas tendentibus collecta.

§ XIII.

Præmunitâ jam viâ ad circularis Lymphæ motus enodationem brevissimis descendo. Detectis namque genuinis ejus fontibus & officinis, obscurum amplius esse haud potest, moveri Lympham dictis ex fontibus (cerebro sc. thymo & glandulis conglobatis) per vasa lymphatica ad sangvinem, & ex hoc ad eosdem remeare; ut adeò luce radiet clarissimâ suo dignum auctore effatum, quod ex disertissimo Celeberrimi *Wedelii* ore habeo: Omnia in sangvinem, omnia ex sanguine & omnia pro sanguine. Ut autem plenius constet allegatus circularis Lymphæ motus, suppono:

1. Axiomatis physiologico-anatomici instar valere: ubi glandulae, ibi secretio, & vice versâ.

2. Nullam partem esse sine glandulis, ut nulla sine lymphâ,



phâ, ipsius *Medicorum Principis* testimonio: καὶ ἄλλαι δὲ εἰσιν ἐν τῷ σῶματι ἀδένες σμικρὰ καὶ πάλιν in *inquietis lib. de gland. c. 4. s. 6.* Et alia sunt in corpore glandulae minuta, & ubiq<sup>ue</sup>, in universo; quæ versio est laudati Excell. *Wedelii*, Patroni ac Praeceptoris mei summè colendi.

3. Nullum in corpore visum lymphaticum, quod non à glandulâ oriatur, vel in eandem inseratur, & sic perpetuam inter vasa lymphatica & glandulas esse communionem. Vid. accuratissimi *Stenon. observ. de musc. & gland. p. 44.* quod vel ipsa *CL. Blasii* observatio in *anat. animal.* quâ asserto quidem huic obicem posuisse videtur, confirmat.

4. Maximam lymphaticorum vasorum abundantiam tum in anticamera quasi cerebri, tum in ipsâ cerebri substantiâ extare; quæ verba sunt Excell. *Wedelii* in *Phys. med. p. 177.*

5. Ex thymo lymphaticos ductus in venam se subclaviam exonerare, vid. *Wharton. adenogr. pag. 97.* cujus scrupulum, utrum omnes per capillares in hujus glandulae substantiam terminentur, an verò ab aliis venientes partibus per eundem tantum labantur, evellit Celeberrimus olim Anatomicus, nunc Historiographus Regius *Jac. Henr. Pauli*, ex ipso orientium thymo Lymphaticorum ductuum, cum axillaribus, jugularibus & thoracico concurrentium, expressè mentionem faciens in *anat. Bilf. c. VI. p. 70.* Quod etiam verosimilius censet *Bartholinus* in *anat. reformat. p. 348.* ob cavitatem manifestam & capacem in medio thymi à se & *Graafio* visam, humore limpidò plenam: qualem humorem, sed chylosum magis in thymo etiam reperit *Harveus* exercit. *anat. ad Riolan. p. 19.* & ex eodem copiosè profluentem vidit *Deusingerius de lacte c. 3.* manifesto existentium in thymo lymphaticorum indicio. Neque tamen idè peculiare excretorium vas aliarum conglomerationum more eidem denegandum, censeo, cum sit insignem ductum ad maxillares usque glandulas thymo tantum non continuas excurrentem bis observârit Excellentissimus *D. D. Praeses*, Patronus ac Praeceptor meus filiali cultu æternum sanctè devenerandus; qualis forsan etiam fuit à *Graafio* notatus de *succ. pancr. p. 18.* Per talem ergò ductum, superfluam à thymo lympham, ∇ siorem forsan, finibus tamen,



fuīs utilem, in maxillares, hinc & os deponi pro salivæ materia, fupicer, quid vetat? eandem enim glandulam & nutritiam præparare lympham & emeritam excernere, non implicat.

6. Quæ in aliis radican- tur partibus lymphatica omnia lympham suam ad conglobatas prius glandulas vehere, quam sanguini commisceatur: v. g. à musculis intercostalibus, pericardio & annexis partibus orta lymphatica œsophagæis inferuntur glandulis vid. *Wharton adenogr. p. 105.* ab artubus superioribus venientia, axillaribus &c. vid. laudatus *Pauli l. c. p. 70.* ex conglobatarum verò concavâ parte emissâ versus & ad cavam suam revehere lympham vel immediatè, vel mediantibus aliis conglobatis, quod *αυτοψία* evincit laudatissimus Stenonis, quâ glandulam salivarem anteriorem examinaturus ex tribus diversis conglobatis, parotide sc. conglobata maxillari inferiori appo- sita & conglobata alia supra fauces ad finem narium non procul à consilla sitâ, tres etiam distinctos lymphaticorum ramos deorsum in gibbum communis ideò dictæ glandulæ disseminatos, & ex hujus concavâ parte quartum vas ad cavam in jugularem, axilla- remque divaricationem missum observavit, *observ. de gland. or. p. 41.* Hinc

7. Conglobatas omnes arterias præter, venasque & ner- vos binas lymphaticorum species in se continere, evehentem alteram, alteram advehentem. Hæc in glandularum sparsa superfi- ciem ab aliis partibus refluam lympham de novo præparandam advehit, ista præparatam evehit, cavam versus exporrecia. vid. *Stenon. obs. de musc. & gland. p. 41.*

8. In venas circa axillaris jugularisque confinium utro- que in latere, veram lymphaticorum superiorum dari insertio- nem.

9. Communem inferiorum omnium truncum, thoraci- cum sc. ductum, ultra jugulum non adscendere, nec instar la- byrinthi contorqueri adeoq; nec tortuosos gyros efficere: Siqui- dem hæc cuncta autopsiæ repugnant, & meritò cum *CL. Hornio* pro figmentis sunt reputanda ac inventoris tantum conjecturæ & ingenio pro stabiliendâ falsâ sententiâ adscribenda, censente laudato *Pauli l. c.* Sed



10. Thoracicum ductum modò uno, modo pluribus ramis, subclaviæ sinistræ & jugulari nonnunquam, cum superioribus ejusdem lateris lymphaticis, quorum quædam ipsam etiam cavam intrare visa sunt, testantibus *Act. Hassn. p. 240.* reverà inferi, vid. *Stenon. l. c.* Ipsum verò tortuosum *Bilsi* receptaculum cum suis gyris, anfractibus, tubulis, ramis, surculis, nil aliud esse, quàm lymphaticorum jugularium ex superioribus glandulis ad axillares, & quidem utrinque, propagines, variantes pro ludendis naturæ arbitrio variè, vid. laudati *Stenonis & Pauli l. c.* qui cuncta huc spectantia plenissimè enodârunt.

11. Ligata vinculo lymphatica vasa inaniri, axillas & cor quâ spectant, at versus glandulas & extrema conspicuo tumore eminere; immissumque per siphunculum in apertum ex superioribus lymphaticum vas aut ipsum etiam thoracicum ductum, hac aut alium blandum liquorem trans dextrum, cordis ventriculum & pulmones qui in transitu moventur ipsius sinistri sinus penetralia & ortam petere; quod non semel fausto cum successu & jucundo spectaculo ab Excellentissimo D.D. Præside, Præceptore meo filiali cultu æternum prosequendo, tentatum meminî.

12. Valvulis innumeris prædita esse lymphatica; unde nodosa apparent & æqualiter tumentia; adeò, ut earundem fufus supra bis mille quidam demonstrârint, referente *Bartholino in Anat. reform. p. 623.* Hasque deprehendi ubique in lymphaticis obstare ad extrema & glandulas vergenti stylo; patere verò ad cor tendenti & receptaculum ceu principium thoracici ductus, ad quod omnis inferiorum lymphæ ruit; unde has regressum lymphæ impedire, extra dubium esse.

§. XII.

Ex his, quæis alia passim occurrentia facilè licebit addere, perquam clare elucet & colligi potest *Experientia* adversari placita Nobiliss. *Bilsi* & omnia ejus aufugia vanas tantum subtilitates esse, iudicio celeberrimorum *Bartholini, Hornii, Stenonis, Pauli, Graafii*, aliorumque; Nec istorum assertis respondere experimenta, qui motum lymphæ ex primis viis per vasa lymphatica ad uterum, ubera & alias partes, aut potulentorum, per



per easdem vias ad renes contendunt. Sed 2. *νατὰ θέσιν*: Motum Lymphæ omnis naturalem esse à peripheriâ ad centrum h. e. à Glandulis Nutritiis per vasa Lymphatica versus cor. Sca-  
turiens nimirum Lympha perpetuis rivis ex glanduloso cerebro, per lymphæ ductus sanguinis infunditur oceano pro irrigando totius systemate, & ex hoc ad idem remeat per arterias. Eundem Lymphæ ex thymo motum esse, ex præsuppositis claret. Ex ceteris verò emanans fontibus, glandulis sc. conglobatis, per revehentia lymphatica ex inferioribus quidem mediante receptaculo communi huiusque propagine venæ subclaviæ sinistræ, ex superioribus verò immediatè utrique jugulari nonnunquam ipsique cavæ infusa eundem petit communem oceanum, & pulsu cordis arteriarumque systaltico motu totius corporis permeat partes, in quibus glandularum minimarum & segregantis spiritus ope à cruore separata per secundi generis seu advehentes lymphæ ductus ad easdem redit de novo perficienda.

§. XIII.

Principium ergò seu terminus, à quo initium circulationis suæ lymphæ ducit, sunt glandulæ nutritiæ, terminum ad quem, sanguis & cor constituunt, terminos intermedios reliquæ corporis partes & vasa: Hæc verò duplicia sunt, revehentia lymphatica, & revehentia, respectu cerebri & thymi (num enim hic duplici lymphaticorum genere constet, nondum liquet, neque tamen suâ caret probabilitate) sanguiflua, proximè arteriosa; conglobatarum intuitu remotè venosa, proximè cumprimis alterius generis sive sic dicta advehentia lymphatica & arteriosa.

§. XIV.

Vectores autem Lymphæ spiritus feci, in quorum enim imperio uti naturalis est scientia, quorumvis humorum motus ad suos scopos dirigens, qui secundum diversas impressiones diversorum vasorum insinuat capillitiis ad certos deproperant terminos; ita istorum cumprimis favore ex glandulis suis vehitur & ad easdem revehitur Lympha. Finis tandem circulationis huius est, ne unquam desit alendis & vegetandis corporis partibus congruus alimentum commectus, sed refarciendis æconomia defectibus



atibus vitalis semper ac nutritivus ros suppetat, qui marcorem microcosmi & siccitates imbribus suis temperare, humidum radicale fovere, alendarumq; partium formam assumere aptus natus sit, de quo dici solet: *isdem constamus, quibus nutrimur.* Atque his extemporaneo impetu & incomto stylo in chartam conjectis circularis Lymphæ motus theoriam finio & pergo ad

## CAPUT II.

continens

ex

### *Læso Lymphæ Circulo oriundos Catarrhos.*

§. I.

EXplicato hætenus naturali Lymphæ motu, facilius nunc innotescant læsiones ejus, quæ exponendis operer, tractandi ferie teneor. Unde quidem innumerorum fœcundam morborum segetem pullulare video, quos omnes hæc persequi aut enumerare, meum jam non est, nec finit propositi brevitatis. Sufficiat igitur in præsentī, *catarrhorum* tantum fontes pressè indicare, cum aliâ occasione præcipuas circulationis Lymphæ læsiones plenius enodare, animo sedeat.

§. II.

Productâ in scenam felicibus auspiciis Lymphâ, vel paucis comprehendī lineolis cœpit vastæ molis operibus aliâs tradi solita catarrhorum hystoria, adeo, ut quicquid etiam de ferosâ coluvie dictum est à *Pisone*, verba ex *Zassio* sunt *Deusingii Tr. de digestionē*; id ferè omne de Lymphâ sit accipiendum. Genuino autem sensu per catarrhum innuitur Lymphæ neglectæ à glandulis in partem decubitus, lædens functionem partis. Quod præter *Divini Senis* testimonium *libr. de gland. t. 8.* ipsæ corporis eloquuntur partes, quando oculis & auribus materiam affundi, exulcerationes hinc fieri & inflammationes, gravedine obsideri nares, solutiones quasi ipsius quandoque cerebri in graviore co-



ryzâ fieri, stomachum, asperam arteriam, pulmônes, artus & reliqua corporis membra ab undis his stagnantibus aut vitiosè motis variè ac miserè affligi, malo cotidie nostro experimur.

§. III.

Subiectum catarrhorum primarium sunt *glandula vivida instructa spiritu*, qui variis laceffitibus occasionibus, catarrhorum pluvias fundit, quas dum reliquæ corporis partes sustinere coguntur, hæ subiecti adæquati seu denominationis titulum jure sibi vendicant. Idque non mirabitur, qui morbos in ipso vitæ centro hære; organa autem ex variâ vitalium potestatum alteratione plecti & pœnam affectorum spirituum luere non nescit, qui proin uti vitæ & sanitatis, sic ( vi contrariorum ) præcipuum ac penitum morborum subiectum existunt, quod vel sola evincunt cadavera, quæ ob vitalis principii discessum ægrotare desierunt.

§. IV.

Istud ergo ut suâ radiet luce, *causam catarrhorum immediatam* statuo *lasam lymphæ circulationem* ex turbato glandularum distributivo negotio. Istud enim commune glandulis omnibus officium esse, ut lympham segregent & in vasa sua distribuunt, ex præmissis claret. Hoc autem non pororum tantum figuris ac meræ proin transcolationi mechanicæ tribuendum est, sed vitali potius electivo principio, ex glandularum insitis & influis, arterioso & animali, spiritibus invicem contæderatis, unitis ac fermentantibus elicito. Quod, uti in debito constitutum vigore lympham ex glandulis per vasa sua in congruos scopos movere doctum est; ita sive à lymphâ abundante & peregrino *Se imbutâ*, sive ab externâ *Δis* injuriâ aut alio modo, sive propriis *Archeallibus* passionibus, spiritus nempe universalis influi peccato, vel particularis insiti errore, alienetur, mox muneris sui obliviosum, fit & habenas distribuendæ Lymphæ abjicit, h.e. deserit lympham & negligit, aut planè ab hospitio suo relegat & eijcit. Lympha autem vitalis hujus motoris orbata sodalitia à scopis naturæ degenerat, è glandulis hinc suis & canalibus aberrans, excrementi indolem suscipit & catarrhi nomine partes gravat. Est enim hoc vitalium humorum ingenium, ut exclusi à spirituum consortio ab indole suâ desciscant, exitiale nonnunquam potestatibus corporis



ris virus capientes. Exundans ergò Lympha non ipsa causa primitiva & immediata est, sed ab errante glandularum Archeo, tanquam radice, in novam tragoediæ scenam producta, quæ enim ipsa tandem in causam abit & novos de se hæredes in Archeis partium suscitatur. Atque in hoc consentientem reperio antiquitatem, dum enim expultricem cerebri vitiatam pro causâ immediatâ accusavit, quid aliud istâ insinuatum ivit, nisi Archeum cerebri laceffitum? vid. *B. Rolsincii Method. cognosc. & curand. affectus partiç. capitis diss. 12. de Catarrhis.*

§. V.

Causa mediata proximior est *Lympha abundans, viscida, stagnans, acris, acida*, proprio aut ex alienis digestionum primæ præsertim, erroribus, vel ipso etiam Ae hausto contagio inquinati glandularum ætus hospitium inficiens: unde distributionis exorbitantiam irritatus patrat ætus & perniciofa catarrhorum collegia fabricat.

§. VI.

His causis proximioribus promptè velificantur *remotiores*, quas inter principem locum tenet glandularum *nativa & adventitia debilitas*. Ista in ipsis Archei glandularum potestatibus à primo ortu infixæ est: Qui enim omnium partium sigilla, potentias & characteres secum fert spiritus plasticus, dum semet ipsum tandem vestit & materiæ nutritivæ amictu induit, eodem opere secundum idearum suarum, quæ quasi spirituum appendices sunt, modulum, colliquamentum ovuli materni lymphaticum ætuet, figurat, format & quandoque deformat. Uti ergò secundum impressas istas in vitali initio ideas naturaliter fit generatio & partium formatio; ita evolutio harum, si morbosæ sint, in partibus, favente causarum occasionalium turmâ, in morbosos etiâ fructus progerminat. Quanquam enim ipsæ ideæ non sint operatrices, quod contra *M. Marci* noto, hoc quippe unice vitali principio tribuendum, nihilominus secundum eas, tanquam normam, Archeus partis hunc effectum edit, similem principio suo, ex quo ideam habet. Hinc Parentes podagrici, phthifici, catarrhosi &c. in feros nepotes morbos legant, hæreditatis istius paternæ unico executore existente spiritu seminali seu plastico.



sico. *Temperamentum pituitosum, Ætas senilis ac juvenilis, ob spirituum torporem & lymphæ viscedinem symbolum suum promptè conferunt.* Adventitia glandularum debilitas variis debetur causis, morbis, plagis &c. à quibus perculsus insigniter glandularum Archeus à scopo aberrat & catarrhorum faber fit.

§. VII.

Ex rebus *non naturalibus* Aer frigore excedens aut calore fores huic malo sæpissimè pandere solet. Istius verberio glandularum penetrare quærunt spiritus, unde defraudata vitali aura Lympha condensatur & spontaneo fluit deobitu ; hic verò dissipando spiritus, hinc glandularum tonum laxando ad uberio-rem influxum lympham fluidam invitat, cui regendæ & distribuendæ impar est Archeus. Aer nebulosus, crassus, pluvio-<sup>κακον</sup> fus, impurus non parum confert; qui si constitutione <sup>fer</sup> sordet, h. e. acore quodam archeali specifico cum inquilino glandularum spiritu confermentescibili inquinatus est, epidemios excitat catarrhos, quales anno 1675. per totam ferè Germaniam sæviere, & à *Foresto l. 6. observ. 3.* nec non *Valesco de Taranta Montispeffuli anno 1387.* annotati sunt. *Anni Tempus* quodvis ferax est destillationum, ipse etiam benignissimus aliàs vernalis Δ, elasticis, æthereis atomis turgidus collecta per hyemē in glandulis semina morbosa exfuscitans. *Nox* quoq; & *vespera* catarrhorum feracissimæ sunt: uti enim rapidior de die M. Sex motus est, exfuscitatæ radiis solaribus, sibi amicissimis; ita contrarium infert Luna, cujus radiis alteratus Δ spiritus nostros & sanguinem, ad quos sibi intimum accessum parat, torpidiores reddit, ( quod per torturam noctis exprimit *Helmontius* ) hinc lymphæ stagnatio fiat & glandularum offensiones sequantur, necesse est. In *cibo & potu* commissi errores in quantitate, qualitate vel utendi modo, imprimis largior potus (hinc Güsse geben Glüsse) amplam defluxionis materiam suggerunt; qualis enim chylus, talis lympa. Ex ceteris rebus nonnaturalibus, quæcunq; tenorem spirituum destruunt, aut lymphæ <sup>σάσις</sup> & corruptelam promovent, non minimum momentum conferunt.



Ex hæcenus ergò dictis patet latitudo subiecti catarrhorum : non ex uno tantum fonte, capite sc. illos scaturire, sed, uti quodvis membrum lymphâ & glandulis dotatum est; ita quodvis suum habere caput & fontem defluxionis, vid. *Stemon. de musc. & gland. p. 50.* Non immorabor hîc antiquitatis commentis de catarrhorum generatione, cum ab *Helmontio* primùm sub titulo *deliramentorum catarrhi*, hinc & aliis abundè sint explosa. Vid. *Excell. Bobnii elegantiss. Diss. de Catarrhis.* Istud autem meretur trutinari, utrum nullus planè defluxus à capite ad subiectas partes sit concedendus? Quod quanquam Galenismum sapere videatur Helmontianis, & operosè refutatum sit ab *Excellentiss. Schneidero in Volum. de Catarrhis*; nondum tamen exaruisse videntur omnes septem *Hippocratis* Catarrhi, quos *l. de gland. t. 8.* allegat. Pro *Divino Sene* loquuntur *Bataviæ ista Sidera*, Celeberrimi *Sylvius prax. l. 1. c. 27. §. 29.* & *Barbetti Prax. l. 1. c. 4.* Nec forsan immeritò. Cum enim in glanduloso cerebro, tanquam spirituum & lymphæ officina, magna indies sequestratio fiat, nec viæ inviæ sint, ipsum etiam externum caput infinitis ferè glandulis & lymphaticis oblitum fit, quidni & tales ab his defluxiones admittendas omninò censeamus? Favent asserto cerebri & reliquarum capitis glandularum, parotidum sc. maxillarium, jugularium &c. gyrum *Bilsianum* constituentia lymphatica, per quæ catarrhalem lympham in sanguinem ἀρρώστος illabi, hinc circulationis beneficio ad dextrum cordis ventriculum per adscendentem cavam, inde ad pulmones translata, cum pro alimento apponi nequeat & copiosior affluerit, multorum in thorace morborum fomentum fieri posse, clarè elucet. Vid. eleganter hanc in rem differentem *Jac. Henr. Pauli in anat. anat. Bils. c. 8.* Et si cum sanguine effunduntur catarrhi, ut quidem vult laudatus *Schneiderus*, quidni cum eo etiam à capite provenient? Vias ex cerebro ad palatum & nares satis probat porositas ossium cranii, quæ cribrorum instar pertusa esse, autopsia docet. Sed cur non uno solido osse ferruminasset natura hunc aditum, si præclusum esse eundem voluisset? Quid, quod processus seu tubuli cavernosi à durâ matre per ossis cribriformis foramina ad nares dispersi sunt, quibus immissum stylum per



idem os ad nervorum olfactoriorum cavum facile pertingere; experimentum est Celeberrimi *Bohnii in programm. anat.* laudatum. Taceo hic observationes circa ægrotantes à morbis cephalicis passim notatas, quæ excretionis talem viam in nares dehiscientem abundè svadent. Vid. *Willis. anat. cerebr. c. 12.* Non animus est, singulos *Hippocratis* catarrhos in libertatem vindicare, cum quid verè aiant falsique, plenissimè demonstratum sit à laudato Excell. *Bohnio c. l.* istud tantum moneo, non omninò negari posse depluvium catarrhorum ab externis capitis partibus, in quas ab ambiente  $\Delta$ e maxima fit impressio, circa spinam per mediam musculorum porosam substantiam. Hæc regia depluentium catarrhorum via videtur, per cujus intervalla decurrunt nonnunquam ad renalem & intestinalem excretionem, unde dolores, tensiones, corrugationes, calores aut glaciale quandoque frigus istâ in regione observari solent.

§. IX.

*Diagnostica signa* ad tria referri capita commodè queunt: ad locum seu originem fluxionis, materiam fluentem & terminum fluxionis, seu partes, quas invadit. Sic capitis glandulas affectas esse, patet ex hujus gravedine, dolore narium, rheumatismis, spuitione frequenti &c. Materia fluens quomodò se habeat, an tenuis, vel crassa sit, acris, acida vel insipida &c. ipsa se manifestat. *Prognosis* variat (1.) ratione *subjecti*, pro cuius genio catarrhus diversos gignit effectus. Quando enim nobiliora loca, ut nervosa, impetit, spirituum deliquia & ærumnosos labores parit. Sic à catarrho in sinistram præcordiorum regionem delabente non absque causa sibi vulgus metuit, non, uti vulgo quidem persuasum est, quod cor ibidem propendeat, sed ob nervosum ventriculi orificium, quod si experitur immanitatem catarrhi, non possunt non suffocationes & extrema imminere. (2.) ratione *catarrbi*; sic  $\Theta$ si, acres periculosi sunt, dum dolores, accensiones & erosiones inferunt, his tamen periculosiores nonnunquam insipidi, insensiles. Non enim à  $\Theta$ bus tantum mensurandæ sunt qualitates, quæ naturam valdè lædunt, cum insipida sæpè & nullo sapore cognita, nihilominus operantissima sit, & diviniore exerat virtutes, quàm si  $\Theta$ bus debeatur. Maximè ergò metuendi catarrhi



catarrhi, qui stupefactivâ imbuti qualitate sunt, intimius enim, admissi & fixant & coagulant, undè ægerrimum frigoris sensum ipsamq; mortem inferre solent.

§. X

*Curationis* cardo in hoc præcipuè vertitur, ut læsus lymphæ circulus restituatur: quod fit spiritus in ordinatum motum redigendo, lympham vappescentem, aut copiâ & situ peccantem corrigendo & evacuando. Quanquam ergò *Helmontii* effato posteriora saltem meditentur primarum viarum evacuationes, & primitivam labem nocuamque radicem in ipso glandularum Archeo laceffito insitam non attingant, nihilominus dum cruditates, catarrhorum nutriculas & sæpè causas, ipsosque stagnantes aut vagantes catarrhos remonent, laudem omninò merentur. Ex emeticis splendet *Ærum Mynsichti*, & bus imprimis fixis diureticis & sudoriferis mineralibus associatis nobilitatum, quod vi stagnantem viscidam lympham resolvendi, movendi & obferatas excretionum officinas recludendi insigne, in catarrhis à ventriculi præcipuè cruditatibus felicissimam locat operam, hinc in febribus intermittentibus ab hypochondriorum *Æis* obstructionibus laudatissimum. Inter purgantia laudem merentur mitiora & benigniora, qualia *aloetica*, quæ solitaria sæpè sufficiunt, aut pro durioribus ileis & humorum visciditate *Æio d. Jalapinis, scammoniatis, colocynthiacis*, aliisque variè acuari & additis *Ænis*, & succini, determinari possunt. Maximè autem appropriata & indicatissima sunt *Diuretica & Diaphoretica*, quæ peregrinos lymphæ odores dissipandi, viscidam & vappescentem corrigendi, exundantē & copiosam per cribra sua eliminandi virtute splendent; quorum omnium catalogum hic inferere non vacat, sufficit, præcipua quædam allegasse. Emittunt cum primis *Æia vol. CC. eboris, succini*, quod præter communes cum dictis vires, subtili suo acido ad naturalem crassam & temperiem lympham redigit, *Æia vol. Osa balsamica, qualis* & *Æci* *Qui* in concretionem *Æis* enixi volat. pinguedinosi nuptus, & *Æo anthos, anisi, succini* nobilitatus: quæ cuncta ad intima sanguinis & glandularum scrinia admissa, luminosam spirituum inglandulis accensionem promovent & viscidam lymphæ

textu-



texturam penetrando, vappescentem & acido notatam charagmate dulcificando & eliminando, circulum lymphæ felicissime restituunt. Istud  $\Theta$  vol.  $\oslash$  sum, ubi spiritus exsuscitandi, lymphæ devixæ qualitas & textura corrigendæ, nimis verò impetuosa stimulatio obtundenda, adeoque anodyna & resolutiva virtus in æquilibrio quasi stare debent, cum *essentia laudani op.* faustè combinatur. Ipse simplex  $\sim \Theta * \text{ci}$  vi incisionis, resolutionis & abstersionis potentissimus, tenacitatem coagulatorum, hinc glandularum oppilationes feliciter tollit & ex symboli ratione catarrhos cum  $\square \hat{a}$ , quæ spumosa inde fit, educit. Cum spiritu  $\bigcirc$  tri mistus neuter fit & temperatus, in medio existens statu, hinc insigniter deoppilativus & diureticus. Felix quoque in exterminium catarrhorum conubium init cum  $\sim u$  *maslichis*, qui simul pectoralis, stomachicus & pluribus indicationibus sufficit. Prætereo *liquorem C. C. succinatum* longè præstantissimum, *essentias myrrha, succinum*  $\Theta$  e vol.  $\oslash$  so paratas, it. *essent. gumm. amm.* varias *lignorum, sassafras*, quod alexipharmacum catarrhorum audit, *aloes, Tincturas*  $\S$  nri B. D. Ludovici,  $\S$  fatam, quæ potissimum alcalica est, leviter imbuta virtutibus  $\S$  libus, egregiè diuretica, stomachi, œsophagi miliares &  $\Theta$  vales glandulas ex virtute  $\S$  lium non ritè fixatorum ad sputationes in catarrhis pectus obsidentibus desideratissimas, stimulans. Radicem catarrhorum tenuium cum primis & acrium seu calidorum penitus attingunt *opiata*, quæ sedativâ Archei furentis vi potentissima, lymphæ hinc impetum retardando & spicula obtundendo præsentaneum sæpe solamen afferunt. Vid. *River. Pr. l. i. c. XV. Sylvii Prax. l. i. c. 19. 20. & c. Mynsichti Armam. med. chym. Excell. Wedelii opilog. med.* Fermentum enim placabile inducunt, verbis *Helmantii* loquor, ut solâ restauratione & alteritatis Archei restitutione morbus conculcetur. Hinc felicem prædicat ægrum, cujus auxiliator medicus novit lethalia è papavere separare, retento auxilio *Tr. Jus duumvir.* Nota sunt *varia* variorum *Laudana*, inter quæ excellunt per fermentationem ab excellentissimo *Langelotto Ann. iii. Ephemerid. german. & celeberrimo Ettmüllero dissert. de  $\S$  ntibus*, laudata. Fulget etiam virtutis suæ jubare ma-